



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Aliud In Doctissimum Trium Nucleorum Auctorem, & translationis Nuclei  
Mystici, in Linguam Germanicam, Zelosum Promotorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

O perge tantos edere legifer  
Mundo labores, Fortis er ut Leo,  
Perge usque, vietricis domare  
Iustitiae capita alta loris;  
O perge promptos perge age suaviter  
Astræ habenis subdere vertices,  
Sic te triumphalis manebit,  
In superum regione laurus,  
Sic fulgurantem te face siderum,  
Stupebit Arctos, rhedaque gloriae  
Migrabit in terris ad ortum,  
Solis ab Hesperio cubili.

Honoris & benevolentia ergo, hujus Nuclei  
Authori applaudebit studioſa Iuventus  
Carolina ſchola oſnabrugensis.

---

### ALIUD

In Doctissimum TRIUM NUCLEORUM  
Auctorem, & translationis NUCLEI  
MYSTICI, in Linguam Germani-  
cam, Zelosum Promotorem.

LEGIS DIVINÆ, NATVRALIS, PO-  
PVLORVM,  
HVMANÆQVE Simul, NVCLEIS bi-  
MARGHIE, firma  
Fundamenta doces, brevis es, obscuraque vitas,  
Omnia rite probas, Auctorum aut Nomina si-  
gnas:  
MYSTICVS & NVCLEVS, suavi mo-  
dulamine versus,

LECTO.

perge

LECTOREM recreat, veluti Luscinia cantu,  
Cordibus insinuat, verum Pietatis Amorem,  
Et quam disticta sit Iudicis ira timenda;  
Ut pateat cunctis. Aeternæ Ianua Viæ:  
FORTITER unde malos perstringit, criminis  
carpit,  
SVAVITER at Iustos animat, quæcūs Præmio  
spondet,  
Permansura diu, ac finem impositura Labori:  
More AQUILÆ alta petet, Cœlestia lustrat,  
Infinia contemnit. Mundi deliria ridet:  
Nec sat erat NUCLEVM, Latino scribere versu:  
Ad majora tuus Zelus, te MARCHIE traxit,  
Mens fuit atque rudes, Mysteria tanta docere,  
Ac Teum, plures Animas adducere Cœlo,  
Ne linguas alias, sana hæc Doctrina lateret,  
Thesauros superans, torus quos continet Orbis:  
Vnde laborasti, GERMANO IDIOMATE verti:  
Cresceret ut major, meritis condigna Corona,  
Quam Deus in cœlo Tibi pro mercede reservat:  
Huc etenim labor, hue omnis tua cura tetendit:  
Divitias aliis, & Honorum culmina linquis,  
Illaque contemnis, reputat quæ grandia Mundus:  
Ad majora Animum vertis, magis alta requiris:  
Te tamen invito, cresceret tua Fama per Orbem:  
Quâ vix est major, quam quæ scribendo paratur:  
Cætera prætereunt, Labor hic post funera vites:  
Posteritas laudabit eum, mirabitur olim;  
Nunc seriſ in sterili, forsitan tua semina terra:  
Sed veniet tempus, quo fœnore sparsa resurgent:  
Non solet in Patriâ, nomen magnū esse Prophæt;  
Extra majus erit: NUCLEIS sic MARCHIE fieri:  
Ni tibi quam CHRISTO, melior fortuna faveret  
Discipulusque suum, superaret in arte Magistrum.

IV.

IVSTITIAE NUCLEI, impressa Exemplaria mille,  
Et quingenta simul, quorum Distractio finem  
Est habitura brevi, reddent te Laude perennem  
Nec minus hic NUCLEVS, simili qui pondere  
constat,

Et qui, Divini tradit sacra Dogmata Verbi!  
Hinc secura TRIAS NUCLEORVM, nulla ti-  
mebit

Ora susurronum, aut Linguae mordere paratas,  
Quæ veluti Ranx, intulentes murmur in undis,  
Quaxando resonant, & frustra jurgia miscent.

Quo, Domino Auctori, Patreno & Mæcenati  
Juo observandissimo, in debita Gratitudi-  
ni signum, applaudefbat Bernardus Bannir.

#### AUTHOR IN ZOILUM.

Zoile si mea præsumas arrodere Scripta,  
Fac meliora prius postea rode satur,  
Ipse canis mordere potest, & rodere glires  
Sed tales facile ad prandia nemo vocat,  
Qui tamen, infestæ rodant si cuspide Linguae,  
Quæ rosere nocent, cætera sana manent;  
Rodere si vero, cogat malesuada voluntas,  
Nec Linguae virus, plus cohibere queas,  
Ossibus ipse ruis, satia te Zoile primum,  
Et mendosa nimis, desinet ecce fames,  
Ac habitura bonam, spero, mea scripta quietem,  
Oris & insulsi, tela timenda nihil:  
Non glires Aquilæ metuant, non verba L E O-  
NES,  
Rodentesque canes, Zoile teque minus.

Opus